Ill.^{me} et R.^{me} D.^{ne} non agitur hodie de probanda sanctitate vitae eius Sancti Petri Nolaschi fundatoris ordinis redemptionis Captiuor. ad effectum canonizationis sed ad solum effectum obtinendi facultatem celebrandi eius offitium pro quo sufficiunt leuiores probationes et cum hic Sanctus floruerit usq. de anno 1218 et sic supra quadringentis annis propter difficultatem probandi prouenientem ab antiquitate temporis recipi debet probatio per Immemorabilem cum alia probatio non detur quae Immemorabilis in omni materia habeatur pro veritate Aymo de antiq. tempor. 4.^a par. n.º 127. cum concordantibus per Fabr. conclus. 6.^a n.º 73. de praescriptio.

Et licet canonizatio sanctorum sit de reseruatis

Sedi Ap.^ce tamen ex Immemorabili quasi pos=
sessione Sanctitatis potest allegari cano=
nizationem Ap.^cam cum tanta sit virtus Im=
memorabilis consuetudinis quod illa sit
apta presumere etiam in reservatis Se=
di Ap.^ce titulum necessarium et Ap.^cum ex
cumulatis per Sabr. d. consil. p.^a n.^o p.^o et
seq. qui infinitos concordantes sine contradi=
ctione cumulat.
Admittendi igitur videntur articuli ad pro=
bandam quasi possessionem Cultus Status
Sanctitatis et communem reputationem
Sanctificationis cum reliquis signis resul=
tantibus ex actibus positivis non conveni=
entibus nisi Sanctis, de quibus in articulis
quia in ista materia admittitur proba=
tio per testes ut est tex. apertus in cap. ve
nerabili

nerabili de testibus iuxta illud evangelij
In ore duorum vel trium stat omne verbum.
Non obstat irrelevantia articulorum super qua
se fundat D. Promotor fidei quia quic=
quid sit de stricto Iure an articuli irrele=
vantes ubi non petitur remissoria sint
admittendi ad probandum nihilominus
de stylo Curiae Romanae antiquato semper
articuli admittuntur in Curia etiam irre=
levantes cum solita clausula salvis Iure imper=
tinentium et non admittendorum. prout istud
stylum testantur Rota decis. 24. de testib.
in antiq. Verall. decis. 143. de iure lib. p. in
manuscriptis et decis. 144. articuli et decis.
248. stylus Curiae eod. lib. p.o in manuscriptis.
et decis. 47. par. p.a in impressis. Cavega decis.
manuscriptis. decis. 90. Incipit Die 28. Martij

Mancin. de Juramento. par. 2. art. 2. n.º 67.
ubi firmat conclusionem contrariam in ter=
minis Juris comunis et n.º 68. dicit contra=
rium de Stylo Curiæ practicabilia Rotæ
impress. post par. 2. decis. diversa. n.º 140. et
147. Vestr. in prax. lib. 5. cap. 14. n.º 6.
V. negatur ita irrelevantia quia si esset
tollere effectus Immemorabilis consuetudi=
nis nec enim omnes qui venerantur ut
Sancti respective reperiuntur descripti in catha=
logis Sanctorum ita ut necessaria probatio coar=
ctaba per scripturas sed standum est anti=
quæ consuetudini ecclesiæ victa quam in
coetu fidelium fuerint comuniter venera=
ti pro sanctis l. minime ff. de legibus
quæ Immemorabilis non destruitur data
initio temporis huius nativitatis quia con=
clusio

clutis est firmata quod dato principio
extat Immemorabilis non procedit quan=
do principium detunibur supra centum
annos ne alias repetamus agrum dama=
scenum probat hic in terminis declara=
ut Rota In Cavalierij feudi coram D.
Pirovano quam decisionem reassumunt
addentes ad Mgr. decis. 51. n. 7. et In
Conchen decimar. dell'Infantado 4. Maij
1618. coram Andrea quia sufficit non
extare memoriam in contrarium que
memoria regulariter non excedit cen=
tum annos Molina de Hisp. primog. lib. 2.
cap. 6. n. 60. Rota par. 3. divers. lib. 2.
decis. 214. et lib. 3. decis. 254. Covar. in
reg. possessor 2.a par. § 3. n. 3. versic. Cum
falsum esse apparet de reg. Jur. in 6.

Minus obstat quod consuetudo et quasi posses-
sio venerationis et reputationis pro san-
cto esset probanda in Urbe ubi Pontifices
degunt ad quos spectat canonizatio et non
in locis et ecclesiis remotissimis ab Urbe di-
stantibus quia ista est nova opinio quod
effectus immemorabilis et diuturnae obser-
vantiae restringatur intra cancellos Urbis
Romae, ex observantia enim 30. annorum
alienationis rei ecclesiae praesumitur
beneplacitum Ap.cum quamvis illud sit de
reservatis Sedi Ap.cae per extravag. Pauli
2. prout latius in casibus iurium spiritua-
lium sine privilegio Papae praescribi
decimas spirituales ex immemorabili cum
fama privilegii aut recognitione feu-
dali quae conclusiones procedunt in utroq;
cata

casu etiamsi ista observantia triennalis
vel praescriptio Immemorabilis sit ultrama=
rina et ultramontana Rota par. 2. divers.
decis. 215. In Toletana decimarum coram Card.
Blanchetti quod [illegible] idem patet ex
aliis decisionibus cumulatis per addentes
ad Merlin. decis. 354. n. 18. praesumitur
enim scientia Papae ex diuturna obser-
vantia in ecclesiis Inferioribus et ex sci=
entia episcoporum Caputaq. decis. 204. par. 3.
maxime in negotiis spectantibus ad eccle=
siam universalem Aichar. cons. 142. n. 4.
Mandel. cons. 64. n. 40. ultra quod in Im=
memorabili non requiritur ista scientia
quia illa praesumit omnia requisita Fabr.
d. cirilis. §. de praescriptione n. 61.

Non obstat quod in Bulla Clementis 8ᵒ. nomi-
netur Petrus Nolascus sine denominatione
Sancti tum quia ista est enunciatiua Pa-
pae in bulla quae non emanauit motu pro-
prio super qua Papa non fundat illam
dispositionem. Ideo non probat maxime
in facto antiquo Barb. consil. 2. nᵒ. 55. de pro-
batio. Card. Tusc. litt. P. conclus. 62. nᵒ. 62.
post Pass. allegat. 7. nᵒ. 6.

Tum quia ista enunciatiua non excludit san-
ctitatem cum non ualeat consequentia
nominatur sub nomine proprio ergo non
est sanctus cum passim uideamus nomi-
natum Petrum Apostolum sine titulo de
sancto et denique ista est enunciatiua de re-
centi quae non tollit effectum Immemorabilis
probandi

Barcinon' Celeb.nis Officij

Ill.me et R.me D. Non agitur hodie de probanda sanctitate vitae Sancti Petri Nolaschi fundatoris Ordinis Redempt.is Captivorum ad effectum Canonizationis, sed ad solum effectum obtinendi facultatem celebrandi eius officium, pro quo sufficiunt leviores probat.es et ita cum sit sanctus floruerit desiderio de anno 1218 et sic supra 400 annis propter difficultatem probandi provenientem ab antiquitate temporis recipi debet probatio per immemorabilem cum alia probatio non adsit, quae immem.lis in omni materia habetur pro veritate Aym. de antiq. temp. 4 par. n.o 127 cum concord. per Gabr. concl. 1 n.o 73 descript.

Quia licet Canonizatio Sanctorum sit de reservatis sedi Ap.licae, in ea immem.lis quasi possessio sanctitatis potest allegari Canonizat.e Ap.licae cum tanta sit virtus immem.lis consuetud.is quod illa sit apta praesumere et in reservatis Sedi Ap.licae titulum necessarium, et Ap.licum ex cumulat.e per Gabr. d. concl. 1 n.o 2 et 3 qui infinitos concordan. sine contradictione cumulat.

Admittendi igitur videntur art.i ad probandam quasi possessionem huius status sanctitatis et com.m reputat.e sanctificat.is cum reliquis signis resultantibus ex actib. positivis non convenientib. nisi Sancto, de quib. in articulis, quia in ista materia admittitur probatio per testes, ut est Tex. aptus in cap. venerabili de testib. iuncta illa [illegible] in ore duorum vel trium stat omne verbum.

Non obstat irrelevantia articulorum super qua se fundat D. Promotor fidei, quia quidquid sit de stricto iure, an articuli irrelevantes, ubi non petitur remissoria, sint admittendi ad probandum, nihil.s de stylo Curiae Romanae antiquato semper articuli admittuntur in Romana, et irrelevantes cum solita clausula salvo iure impertinentium et non admittendorum prout istum stylum testatur Rota decis. 24 de testib. in antiq. verald. dec. 143 de more lib. 1. in manuscript. et decis. 144 art. et decis. 148. stylus Curiae, eod. lib. 1.o in manuscr. et decis. 147 p. 1 in imp. Chiroga diversa manuscrip. decis. quae incipit die 28 Martij Mancin. de Juram. p.e 2 art. 2 n.o 67 ubi firmat Tonem contrario in terminis iuris com.is et n.o 68 dicit contrario de stylo Curiae practicabilia Rota impress. post. par. 2. decis. divers. n.o 140 et 147. Vestr. in prax. lib. 5. Cap. 14. n.o 6.

Q.° negatur ista irrelevantia, quia si esset tollerentur effectus immemorialis Consuetudinis
nec enim omnes qui venerantur ut sancti, reperiuntur descripti in Cathalo-
go sanctorum, ita sit necessaria probatio coarctata per scripturas, ideo
standum est antiquae consuetudini ecclesiae, iuxta quam in Coetu fidelium
servantur coluntur venerantur pro sanctis l. minime ff. de Legib. quae im-
memorialitas destruitur dato initio temporis suae nativitatis, quia Concilio
expresse firmata quod dato princ.° effectus immemorialis non proiicit, quibus prin-
cipium desumitur s.a centum annos, nec alias repetamque agrum damasce-
num, prout fuit in terminis declaravit Rota in Qualicen. feudi
coram D. Pirovano quam decisionem reassumunt add. ad Greg. decis. 51 n.° 7.
et in Conchen. Decimarum dell'Infantado 4. Maij 1619. coram Andrea.
quod sufficit non extare memoriam in contrarium, quae memoria regulariter non
excedit centum annos, Molina de primogen. lib. 2. c. 6. n.° 60. Rot. p.e 3
diversa lib. 2 decis. 214 et lib. 3. decis. 254. Covar. in reg. possessor. 2
part. §. 3. n.° 3. vers. Hinc falsum esse apparet de reg. iur. in 6.°
Minus obstat quod consuetudo et quasi possessio venerationis et reputationis pro Sancto, esset
probanda in urbe, ubi Pontifices degunt, ad quos spectat Canonizatio
et non in locis et ecclesijs remotissimis ab urbe distantib. quia ista est
nova doctrina quod effectus immemorialis et diuturnae observantiae restringatur
intra cancellos urbis Romae, [illegible] ex observ.a n.° 30. annorum alienationis re-
bellis praesumitur beneplacitum Apostolicum quamvis illud sit de reservatis sedi
Ap.ae [illegible] Extravag. Pauli 2.i prout latius in capitulo iurium spectantium sine
privilegio Papae [illegible] immemorialis [illegible] ex immem.li in fama
privilegij, aut recognitione feudali, quae [illegible] procedunt in utroque casu
et si ista observa.o [illegible] immemorialis, vel possessio immem.lis sit ultramarina, et
ultramontana Rot. par. 2. divers. decis. 215. in Tolet.a Decimarum coram Card.
Mancbeto, quod idem patet ex alijs decis. cumulatis, per add. ad Greg. dec.
334 n.° 18. praesumitur n. scientia Papae ex diuturna observ.a in ecclesijs inferiori-
bus, et ex scientia [illegible] Caputaq. decis. 204. p.e 3. maxime in negotijs specta-
tib. ad ecclesiam unitam. Alciat. cons. 142. n.° 4. Mandell. cons. 64. n.° 4
ultra quod immem.ti non requiritur ista scientia, quia illa praesumit omnia requisita
ita Gal. de Concil. 1. de praescript. n.° 6
Affirmo quod in Bulla Clem. IIX. nominetur Petrus Nolascus sine denomi-
nat. sancti, tum quia ista est enunciativa Papae in Bulla quae non ema-

nauit Motu proprio, super qua Papa non fundat illam dispositionem; ideo non probat max.e in facto antiquo Gabr. concl. 2. n.o 55 de probat. Card. Tusc. lit. P. concl. 62 n.o 62. post Lap. alleg. 7. n.o 6.

Tum q.a ista enunciatiua non excludit sanctitatem cum nõ valeat Conseq. nominatus sub nõie proprio, q.o nõ est Sanctus, cum passim videamus nominatum Petrum Alatum sine titulo de Sancto et deniq. ista ẽ enunciatiua de recenti quę nõ tollit effectum immemorialis probandę ante illam, iuxta Cons. Mor. 254. l. n.o 18. ubi si de infinito tollatur finitum, semper tn remanet infinitum Aym. de antiquit. par. 4. lect. materia ista n.o 23. Mol. de primog. lib. 2.i Cap. 6. n.o 47 quam ctionem Rota passim sequitur. [illegible]

Hyer.! Merenda

Ill.mis et R.mis DD.
Card. S. Cong.is Rituu
Barcinonen.

Pro
S.to Petro Nolasco
fundatore Ord.is B.
M. de Mercede Re
dempt.is Captivor.

Juris

Barchinonen. S.ti Petri Nolaschi

Ill.me et Rev.me D.ne. Videtur ad ulteriora procedendum in probatione Immemorabilis iuxta plura Decreta facta in Congregatione, nec videtur retardanda sub pretextu quod articuli dati ad probandum Immemorabilem sint irrelevantes ex quo necessariu sit dare principium in Sanctitati S.ti Petri Nolaschi, cum non fuerit Sanctificatus in utero Matris; et dato initio temporis quo ipse fuit in humanis, et eiusd. Sanctitas incepit destruitur Immemorabilis que fundatur in eo quod non sit mem.a in contrarium per iura, et decisiones ex.te allegatas ex quibus in hoc casu Immemorabilis esset improbabilis

Huic enim obiectioni federe distinctionis Rota respondet in Cavalliero feudi veneris 26. Aprilis 1612 coram R.P.D. Pirovano. Nam aut initium, quod datur est supra centum annos, et non obstat consuetudini Immemorabi, quia hodie dici non potest extare memoriam ex eo quod ultra centum annos aliquid consuetudini siue prescriptioni contrarium factum fuerit, cum vita, ac et hominum memoria, solu per centum annos durare presumatur l. an usus fructus ff de Usufruct. l. fin. C. de Sacr. Sant. Eccles. quam distinctionem in terminis firmat Molin. de Primogen. lib. 2 cap. 6. n.o 61 vers. si vero hoc factum, et Rota sequitur prout in d.a decis.e

Sicuti neq. etiam obstat Immemorabili, que post completam Immemorabilem facta essent in contrarium; ut firmat Molin.

ibidem cum pluribus alijs allegatis in d.ª decis. Cavallizen feudi, cuius copia datur in process., et impressa datur in manibus Ill.mi et R.mi D. mei Ponentis.

Neque de hoc articulo fuit amplius in Rota dubitatum. Immo d.a Decisio est in proprijs terminis, quia loquitur quando contra Immemorabile per testes probatam afferuntur scripture, ex quibus constat de initio contrario Immemorabili, quas non obstare resolutum fuit ex supradictis, et latius ex ead. Decis.e apparet, et sic cessat motivum q.d dato initio non possit probari Immemorabilis que propterea in casu n.ro est probabilis et relevantis.

Et exhibitio cultus publici spatio tanti temporis et in materia de qua agitur inducit presumptionem licentie et consensus Ap.ci ut tradit Anchar. cons.o 136 n.o 2.o Alex.r cons.o 17 n.o 8 lib. 4.o Felin. in c. Albericus n.o 4 prope finem de test. Cassador. decis. 3.a de procurat. Put. decis. 305 n.o 5.o lib. 2 et sepiss.e tenuit Rota maxime in vna [illegible] 28 Junij 1593 coram Seraphino in vna [illegible] contractus permutationis 10 Januarij 1597 coram Card.li Pamphilio.

Ratio est quia huiusmodi cultus publicus non nisi Sanctis Canonizatis et Beatificatis est debitus iuxta text. in c. 1.o et 2.o de Reliq. et Venerat. Sanct. Concil. Trid. sess. 25 in decreto de Inuocat. et Venerat. et Reliq. Sanct. et tradit Ill.mus Bellar. de Beatit. et Canonizat. Sanct. cap. x vers.o quantum ad 6.m

Ideo non obstat quod spectet ad Papam declarare aliquem Sanctum

sua

qua presumitur spatio tanti temporis licentia, et consensus Pape, ut patet ex iuribus supra allegat. maxime accedentibus historijs, et fama de qua in articulis, et que in antiquis plene probat Cassador. Decis. 2.a n.o 4.o de probat. Felin. in c. Venient el p.o ~~...~~ vers.o quarta conclusio de test. Rota decis. 177 n.o 2 part 2.a maxime cum versemur supra centum annos. Alex. cons.o 208. n.o xi et seq. vers.o nec est prejudicii lib. 2.o ubi de comuni Cravett. de antiq. temp. cap.o fama an probet n.o 5.o cum alijs ab eo allegat. et sepissime decisum fuit. Et videntibus ac consentientibus continuo Epis Visitatoribus, et alijs Ministris Ecclesiasticis, et Secularibus prout in articulis continetur, quia non est presumendum ut consenserint spatio tanti temporis exhiberi d.o Sancto Petro Nolascho cultum publicum non nisi Sanctis et Beatificatis debitum cum tot Altaribus Ecclesijs, et Capellis et illius imagine cum Diademate Sancti cum publica veneratione, et alijs que in articulis continentur, que huiusmodi Sanctis tantum exhibentur ut de Diademate testatur et Prohil. Ma. ac. de Canoniz. Sanct. dub.o p.o n.o p.o ex d.is allegat. et de alijs patet ex supra allegatis

Prout nec Deus per tot tempora permisisset a[...]em illius populi, et tot Prelatorum in colendo, et publice venerando d.o Sancto, ut fuit ponderatum in plurib[us] casibus Canonizationis Sanctor.

Nec non obstat quod in Canonizatione S. Raymundi [...] Sanctus Petrus Nolaschus absq. titulo Sancti, quia fuit enunciativa incidenter, et propter aliud emissa que non probat c. si

Papa de privil. in 6. clem. si summus de sentia excommunicationis
Nec relevat quod videatur dictam enunciativam esse in facto proprio
Papae pro parte quia et in facto proprio quando non agit de re
enunciata, neq. super ea disponit non probat. Cap. allegat
7 num. 6. vers. in contrarium, et 7. ubi quod nec facit pre
sumptionem eo casu nec probat. Non n. Papa in dictis canonis
S. Raymundi habet intentum declarandi S. Petrum Nolaschum
esse vel non esse Sanctum; sed incidenter contingit ibi nomina
ri ad alium finem, quo casu ex da enunciativa sicut si nomi
naretur Sanctus non probaret, ipsum esse Sanctum; sic etiam
minus probat ipsum non esse Sanctum, quia Papa non se
fundat, ut per Capium supra allegatum.
Et igr necessarium, ad effm, ut dictis Papae standum sit, tria
concurrere. Pm quod sit assertio et non simplex narratio seu
enunciativa. 2o. quod sit super facto proprio 3o. quod non sit
propter aliud incidenter emissa sed propter se et Papa super
ea fundetur alis non relevat, ut late per Cap. in d. allegat.
7. d. no. 6, et 7. et Mandos. ibid. in addit. Seccin. cons. 200.
in causa no. 27 lib 2o. Quin. cons. 227 cum aliis ibidem
ab eo allegatis ubi late huoi materia tractatur et declarat.
quomodo procedat.
Et eo minus dicta verba enunciativa relevant quanto probatio
immemorabilis est perfecta, tunc n. nihil penitus caliginat
per Put. decis 406 no 4o. lib 2. nec contra eam sufficit conj
ectura probatio Abbas. in c. per tuas no. 5. vers. dicendum
de condit. apposit. et ejd. decis. 35 circa medium et 68.


ac fin.

ad fin. vers.° sed puto felin. in c. in presentia n.° 12, et Dec. n.° 48 et seq. de probat. Crescent. decis 20 n.° 4. eod. tit.°, et 4.° n.° 6.° de except. Rota decis. 628 n.° 3.° p.° p.° divers.

Nec obstat responsio data Vz. quod non sumus in Immemorabili probata, sed probanda. Nam hodie solum controvertitur, utrum probata releuet, et sic non est disputandum de eo quod supponit. Bene verum est quod huoi questio videtur immatura antequam probetur, et ideo post probationes factas melius videri poterit si scripture que ex.te adducuntur illi obstent, et si sunt supra centum annos vel post centum annos, et si sunt enunciative propter aliud emisse, et si probent, sive elidant vel ne Immemorabilem; Jus n. metiendum est ab arbore, et in primis videndum quomodo fundet intentionem suam l. p.a § P.° ff. si pars heredit. pet. Cassad. decis. 3.a n.° 2.° de Judic. Rota decis 600 n.° p.° part. p.a divers. et postea agendum est de reliquis exceptionibus, ut patet ex Juribus supra allegatis.

Et ex iis &c.

Alex. Mausonius Adv.



Summarium

N.° P.° Cum Petrus Nolascus natione Gallus, vir opibus florens et insigni pietate
preditus, cuius confessiones B.tus Raymundus audiebat, qui in pauperes,
ac precipue captivos dura servitute ab infidelibus detentos propentissimus
erat nullumq. officij genus unquam pretermisit, quo eos liberare posse
existimaret, quorum hoc etiam maiorem curam et sollicitudinem esse cen
sebat gerendam, quo in graviori periculo christiane fidei abiurande et amit
tende salutis eterne versarentur. hortatu eius ad inopes alendos et maxime
ad captivos ex barbarorum vinculis redimendos suas copias et opes magna
cum alacritate ac libenti animo conferret, egregium pij ac liberalis animi
officium pro sua infinita bonitate gratum Deus habuit. Nam proxima
nocte insequente B.ma Virgo Dei mater eidem Petro qui sanctis meditatio
nibus, et orationi vacans cogitabat qua ratione calamitatibus Christianorum
in captivitate degentium succurri posset serena fronte se conspiciendam dedit
et acceptissimum sibi ac unigenito suo filio fore dixit, si suum in honorem
instituerent ordo Religiosorum quibus cura incumberet captivos è tirande
Saracenorum liberandi; eadem ipsa nocte eadem Virgo S.ma B.to Raymundo
et Jacobo primo Aragonie Regi apparuit ad ipsum de Religionis admonens
quare his collatis inter se consilijs, et consentientibus animis, ordinem B.te
Marie de misericordia seu de mercede Redemptionis Captivorum fundaverunt
cui B.tus Raymundus certas vivendi leges prescripsit ad istius ordinis voca
tionem accomodatissimas quarum approbationem aliquot annis post a fel. rec.
Greg. IX. impetravit et D.m Petrum, qui eidem ordini omnia sua prompte
dederat, primum et Generalem ordinis Mag.rum ipse simul cum Rege et

Episcopo habitu cler. indutum creavit.

H. R.ᵒ Sixtus Papa V.ᵗᵘˢ

Ad futuram rei memoriam. Piis regularium personarum votis, presertim quae ad divini cultus, et devotionis augmentum pertinere dignoscuntur libenter annuimus, eaq. favoribus prosequimur oportunis. Nuper siquidem cum pro parte dilecti filii Mag.ʳⁱ Gen.ˡⁱˢ ordinis B. Mariae de mercede Redemptionis captivorum nobis expositum fuisset ipsum, ac reliquos omnes eiusd. ordinis fratres qui iam usum et morem Sanctae Rom. Ecclesiae Breviario Romano ex decreto Concil. Trid.ⁿⁱ restituto, et fel. rec. Pii Papae V. predecessoris nostri iussu edito in recitandis horis Can.ᶜⁱˢ uti solent pro eorum devotione valde cupere proprios quosdam festos dies sui ordinis et nonnullos alios ex vetusta et laudabili consuetud.ⁿᵉ propriis officiis celebrare eaq. ipsa officia, quae antiquitus instituta habent ad ritum et normam Breviarii predicti accomodari. Nos dilectis filiis nostris Julio Ant.ᵒ S.ᵗⁱ Bartolomei in Insula S.ᵗᵉ Severino et Vincentio S.ᵗᵉ maria in via Lata [illegible] montis regalis nuncupatis S.ᵗᵉ R. E. Pbr.ᵒ Car.ˡⁱᵇᵘˢ viva vocis oraculo dedimus in mandatis ut in officiis predicta diligenter recognoscerent, et examinarent, qui postmodum convocatis nonnullis aliis piis et eruditis viris omnibusq. illorum partibus singulatim perspectis et accurate recognitis quaedam detraxerunt alia emendarunt, nonnulla addiderunt et in congruam formam, ac ritui Roman. breviarii maxime consentaneam redegerunt. Quare pro parte predicti mag.ʳⁱ Gen.ˡⁱˢ nobis fuit humiliter supplicatum ut illa sic correcta, et emendata autt.ᵉ nostra comprobare illorumq. usum eis concedere de benignitate aplica dignaremur. Nos huiusmodi precibus inclinati tam eid. mag.ʳᵒ quam universis et singulis fratribus

et monialibus d. ordinis pro tempore existen. ut in quibusuis domibus monasterijs Collegijs et locis eiusdem ordinis tam publice quam priuatim in choro et extra chorum conuenerim uel diuisim diebus huoi sic ut prefertur designatis proprijs officijs predictis sic correctis, et emendatis uti illa que imprimi facere et diuulgare nec non secundum eorundem tenorem horas Can.cas diurnas, et nocturnas recitare et officia ipsa sic recitando obligationi plene satisfacere libere et licite ualeant. Datis Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die 10 gmbris 1607. Pontifs nostri anno tertio

N.º B.º In xpo nom. nouerint uniuersi quod anno Dni 1260. Idibus maij in pntia Petri de Bages notarij publici Barcinon. et per totam terram et dominatio.nem Ill.mi D. Regis Aragonum auct. eiusdem et testium infrascriptorum ad hec specialiter uocatorum et rogatorum Ven. et Religiosus uir frater Guillermus de Bas Dei gratia Mag.r gnlis ordinis S. Maria de mercede Captiuorum et reliqui infra.ti fratres eiusdem ordinis pliscia comparuerunt rogantes et petentes ut quoniam testimonia que hoc eodem anno auct. et iussu Ill.mi D. Arnaldi nunc Episcopi Barcinone confecta sunt de uita admirabili Ven. Petri Nolasci eiusdem ordinis Primi mag.ri gnlis in Romana limina ad S.mum D. N. Alexandrum diuina prouid. Papam 4.m mitti debent ne forte illis casu aliquo amissis tantarum rerum mem.a pereat. dignaremur ad summam quandam reductarum publicum instrum.tum cum illis in omnibus concordans conficere signarumque tradere quatenus posit in archiuio d.e Relig.nis ad futuras memorias asseruari.

Fuit Ven. Petrus natione Gallus ortus prope Carcassonam in Parochia S.ti Papuli ex nobilibus parentibus in cunabulis uagienti examen apum

melli fauum in dextera eius manu fabricauit. Infantibus quos uis cernens egenos donec ipsis esset succursum amore flebat. Euntibus proprijs manibus quae comparare poterat illis donabat: orbatus parentibus ut Albigensium haeresim quae in Gallia urget effugaret uendito patrimonio Cathaloniam pergens petijt. Voluit autem prius Virginem Mariam de Monteserrato uisitare, cui nocte quadam oranti daemon ut à proposito amoueret apparuit, qui persistentem uidens reliquit. Impleto uoto Barchinonam uenit, ubi coepit quae ex Patria attulerat misericorditer consumere. uexabatur anxie pro captiuis ad quos redimendos quinquies adijt Valentiam et semel Maioricam: Inde quater proprijs sumptibus trecentos fermè qualibet uice liberauit, bis autem adiutus fidelium eleemosinis ciuitas quos potuit qui alijs tam diues fuit, sibi omnino fuit pauper, ut nec domum nec lectum proprium haberet sed humi iacebat, ut facilius orationi uacaret. multas multorum persecutiones sustinuit eo quod Iuuenes ad opus induceret. bis quotidie prolixe uacabat orationi. Virginitatis uotum quod puer fecerat perpetua castitate seruauit. Propterea quod uis multi nobiles uiri suas cuperent ei filias in matrimonium dare ipse omnibus contemptis caelibatum amauit. dixi plurias frequentius recipiebat. Captiuorum sic erat charitate accensus ut plures eum audiuerint dicentem omnino cupere se in illorum pretium uendere quod nisi à Rege esset impeditus fecisset. In die Parasceues passionem Domini meditanti uisio accidit qua uidebat oliuam plenam fructibus et plures homines qui illam conabantur abscindere cui caelitus mandatum est ut illam seruaret; ipse uero tunc nihil horum intellexit donec eodem anno qui fuit 1210. 4. nonas augusti deliberanti in solitudinem

R.es q hiço 170 P.e S. P.º H.º i 1219 hi ço desithazion da.

perpetua castit.e seruauit

secedere cum de hoc Deum orando consuleret apparuit B.ta Virgo Maria
et precepit ne in solitudinem discederet sed potius fundaret novam Religionem
in qua posset pro captivis suam exercere charitatem illos redimendo et quod
ipse primus habitu albo vestiretur quo religio nuncuparetur Religio B. Ma
rie de misericordia seu de mercede de captivis. collato consilio cum Rege Jaco
bo et B. Raymundo de Pegnafort responderunt ubi idem esse mandatum et 4.o
Idus augusti eodem anno in Ecclesia que est Cathed.lis Civitatis Bar.nis instituitur
est ordo predictus solemniter coram Rege Ill.mo et D. Berengario Ep.o et B. Raymun
do et reliquis Canonicis et cetero populo. Ab hoc anno usque ad annum 54 rede
mit 460. ex Granata Valentia et Algaria inter quos multi infantes et femine
multe. Cum duo homines illum occidere decrevissent domum venerunt. ille
a Deo de periculo admonitus obviam illis exiit et blande eloquens ad virtuosam
vitam convertit quod accidit anno 40 in mense madio circa annum 27. labora
vit ut quosdam nobiles Regni inter se graviter dissidentes concordaret. Idem
Regem comitans in Cesaraugusta Civitate fecit. Deum oravit ut eius ordo ab
ap.lica sede approbaretur ad quod frater Raymundus Pegnafort iussu Regis
Romanam Curiam visitavit et confirmationem ordinis a D.no nostro Gregorio Papa
nono Perusia impetravit anno Pontificatus eius 8.o 16. Calendas
februarii. frequentissimus in Canonicis horis erat in Choro primus ad matuti
nas media nocte cantandas. quadam nocte angelos in Choro reperit mediamque
inter illos B.tam Mariam omnes similiter matutinas cantantes quibus ipse
benignissimus interfuit. sepe a Regibus oblatos honores tanquam a Religioso alienos
reiecit. in honore magno ab omnibus fuit habitus et quanto erant
viri nobiliores tanto plus illum venerabantur. multa prophetico

spiritu predixit vite. qua Ill.mo Regi Jacobo suadens ut Valentias obsi-
deret Victoriam adepturum promisit: durante Civitatis obsidione Sacram
Imaginem B. Mariæ del Puig sub cimbalo in terra sepultam celesti chari-
tate admonitus reperit: instituit nocturnas benedictiones dormitorij multi-
que fratres B.tam Virginem sepe viderunt illud benedicentem. omnes ege-
nos et egrotos reficiebat, et curabat, ad quod domum edificavit. Cum ad
Altare Virginis de pietate oraret cum esset multum desiderans visitare SS.torum Pe-
et Pauli Ap.lorum loca S.tus Petrus crucifixus illi apparuit, et dixit ecce ego a
te venio, quia tu ad me venire non potes. Vitas Sanctorum legens suas iudicans
omnino disparem timebat se ad celestia non perventurum: tunc illi D.nus osten-
dit Civitatem Jerusalem celestem multis portis apertas, et dixit fili in domo Pa-
tris mei mansiones multæ sunt, nunquas in lecto dormiebat et ex cilicio discipli-
nis et ieiunijs erat infirmatus ut fere stare aut ambulare non posset.
Ad procurandas pro captivis eleemosinas multoties totas hispanias pedibus
suis ambulavit. multa in itinere mirabilia faciebat, ut infirmos curare
S. H. captivorum libertatem procurabat. ut etias quæ ad sustinendos fratres
erant necessaria venderet, et cogitanti illi si in hoc D.no placeret apparuit
D.nus dicens. nolite timere pusillus grex quia complacuit patri vestro dare
vobis Regnum vendite quæ possidetis et date eleemosinas. Tempore suo
liberati sunt duo millia septingenti decem, et octo captivi quorum ipse 890.
fere personaliter sexies facta redemptione liberavit, reliquos vero per
alios fratres duodecies missos preter tres in quibus expoliati sunt fr.es
et occisi. Ipse cum esset in Africa, expoliatus volens in Hispanias
venire ut novas pecunias colligeret, impositus in navi sine vela et

cer.o de Castro q. re-
di ...o P. ... esse-
...i da-

remigio Valentiam venit cum prius flagellatus fuisset, et socium suum Petrum
Amerium in pignus reliquisset. quando sciebat alicubi captivos esse afflictos
quos liberare non poterat veniens in spiritu consolabatur et in fide roborabat
sicut Mauri testati sunt eum vidisse multi. Cum Federicus Imperator Italiam
opprimeret ad publicas penitentias totas Civitates Barchinone orationem
commovit. Regem Franciae Ludovicum invisit et eum admonuit ut Hierusalem
Civitatem a Turcis liberaret. Cum iam ob senium, et corporis laboribus exte
nuati infirmitatem non posset m[illegible] nocte matutinis interesse ab Angelis
in Chorum portabatur. Noluit titulo mag.ri Generalis quo ab aplica Sede fuit
honoratus propter humilitatem uti sed dicebatur minister et servus hospitalis
Captivorum. onus gubernationis suis humeris maius iudicans saepe renuntiare
tentavit sed a fratribus fuit impeditus. Sed tandem anno 49. etate et infirmitate
gravatus officium renunciavit et reliquum vitae tempus soli Deo dedit contempla
tionibus vacans. Frequenter cum B.ta Maria Virgine, et Custode Angelo collo=
quebatur. morti iam proximus visitavit corpus Beati Raymundi quod ipse ad
ordinem receperat et ei accepto loco in quo erat ab Ecclesia Celsonensi monasterium
edificandum curavit. Ab ipso Raymundo de instante morte certior factus
Barchinonam rediit et ibi in morbum incidit in quo a Xpo et B.ta maria est
confortatus, et humiliter receptis Sacram.tis omnes fratres ad se vocavit et eos
de Religiosa perfectione admonuit presertim de charitate erga capti
vos. Postea cum psalmum Confitebor tibi Dne in toto corde meo devotiss.e diceret
ad illa verba. Redemptionem misit Dnus populo suo, animam Deo reddidit
in cuius multa miranda contigerunt. obiit autem in Vigilia natalis Dni
hora media noctis anno Dni 1256. multos filios in suo ordine relinquens

et ex Mahometana secta ad fidem xpi multis conversis. Corpus eius inse-
pultum per tres dies remansit propter concurrentem populum donec a fratri-
bus nostri sepulcrum est multis mirabilibus operatis. Hec sunt que ego prefatus
Petrus de Bages publicus notarius ex supradictis testimoniis et instrumentis exempli
in quorum fidem et testimonium presens publicum instrumentum confeci a domino Vero magistro
ordinis et reliquis fratribus appensis sigillis roboratum.

Ego frater Guillermus Bas Magister generalis signum apposui +

Ego fr. Bernardg[illegible] de Corbaria sigillum apposui +

Ego frater Pontius de Solanes sigillum apposui +

Ego frater Jacobus de Apiaria sigillum apposui +

Ego frater Petrus de Ameria sigillum apposui +

Ego frater Bernardus de Sto. Romano sigillum apposui +

Ego frater Joannes de Saez sigillum apposui +

Ego frater Joannes Genovini signum apposui +

Signum Petri Presbiteri et Canonici +

Signum Ferrarij de Ramorisa Canonici +

+ Signum Petri de Bages notarij publici Barchinonensis qui hoc scribi feci
et claus. die et anno quo supra addito super lineas vigesimas tertias Maria

No. 4o. Magcus Michael de Aranguren Civis honoratus Barcinonae, etatis ut dixit 47 annorum
testis citatus et juratus

Et Interrogatus super 1o. ex preinsertis Interrogatoriis. Et dixit quod ipse testis a sua
tenera etate semper habuit, et reputavit Stum. fratrem Petrum Nolasco fundatorem
Religionis Bte. Maria de mercede, et pro tali Sancto ab omnibus semper
vidit teneri, et venerari

Balthassar Villadomat Juvenis sutor oriundus Villa Aerge Dioc. Celsonen. testis citatus qui juravit

Et interrog. super p.° ex praeinsertis Juris [ijs]. et dixit quod pro certo habet esse sanctum fratrem Petrum Nolasco p.mum fundatorem Religionis B. Mariae de Merce= de Redemptionis Captivorum tum quia ab omnibus audit pro tali teneri et reputari et etiam quia quoddam miraculum per eius intercessionem audit factum in ista Civitate Barcinone.

Per Ill. et R.mus P. Ludovicus Ximenez ordinis B. Mariae de Mercede Epus Ugentinus etatis suae annorum 60 testis eui delato juramento

Super p.° artto sibi de verbo ad verbum lecto dixit verum fuisse et esse articulum S.tum Petrum Nolascum fundatorem Religionis B. Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum ab annis 10. 20. 30. 40. 50 centum et ultra et a tanto tempore quod non extat memoria hominum in contrarium semper veneratum fuisse prout veneratur tanquam sanctus et fundator d.e Religionis premissa serie dixit

Laurentius q. Jacobi Gilabert ex Civitate Valentiae Argentarius Can.cus Metropolitanae Ecclesiae Valentinae etatis suae annorum 54 testis juravit

Super p.° artto sibi de verbo ad verbum lecto dixit verum fuisse et esse articulum S. Petrum Nolascum fundatorem Religionis B. Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum ab annis 10. 20 30. 40 50. centum et ultra et a tanto tempore quod non extat memoria hominum in contrarium semper veneratum fuisse prout veneratur tanquam

Sanctus, et fundator dictae Religionis, premissaque serie dixit, quia ita ipsum semper venerari vidit.

Antonius quondam Aluari de Cacciares Hispalensis ex nobilibus testis iuramento super primo articulo sibi de verbo ad verbum lecto dixit verum fuisse et esse arlatum Sanctum Petrum Nolascum fundatorem Religionis Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captiuorum ab annis 10. 20. 30. 40. 50 centum et ultra, et a tanto tempore quod non extat memoria hominum in contrarium semper veneratum fuisse prout veneratur tanquam Sanctus et fundator dictae Religionis premissaque serie dixit etc.

Ad 5.um Sequenti vero die lecta est antiqua quedam epistola missa ab admirabili viro fratre Raymundo de Peniafort Barcinone ad Sanctum Fratrem Petrum Nolascum cuius tenor talis est.

Frater Raymundus de Peniafort Venerando Patri Petro Nolasco Salutem Plurimam Dicit. Dominus omnipotens et clemens precibus genitricis semper Virginis Mariae custodiat animum tuum et in omnibus memoriam tui faciens charissime et desideratissime Pater ut commissum tibi gregem custodias semper et protegas indefessoque animo pascas pingues aquasque vitae bibiens perficias opus Domini usque in diem Christi Jesu necesse habui hanc tibi scribere. Cum enim certo scias diuersas esse caelorum vias tamen diuersas vocationes nollem a te me miserum imitari qui constitutus ab hominibus, et in supremum Religionis officium assumptus ab eo me abdicaui non ut vacarem otio, sed ut inutilis seruus quo sanctorum et virorum nominatorum sunt vane non temere timui, tamen ne et tu (aliis reputans meliores) ut orationi vacares quod debui ego facere faceres.

Copia S. Raimundo di se a Nro. Padre — ego assumptus ab hominibus tu tamen a Virgine caelitus electus sic

sic celum obierua quia ut eligereris celorum culmina descendit Virgo.
Parce mihi queso pater charissime et temeritati neq; audis scribas ego inutilis
et tu bonus, tu etiam ueritatis tenens ego sicut ouis errans, oresobsecro tuam charis
simam matrem ut mihi negligentias in tanto commissas officio ignoscat Gaude
frater charissime et noli super commissum tibi gregem tristari non enim
tibi assumpsit honorem, nec uirge florentis iudicio sed matris Sanctissime des
censu, scis enim aliquando Pastorum dixit Virgo pasce agnos meos forte
ergo Virgini contradicens non ego hoc spero rogo ergo te per uirginis Sanct.me
Viscera ut suum tibi commissum gregem custodias cum tibi speciosissimam
deligeret xps sponsam sine macula, et virga decoram nimis supra petram
eam constituit et in Petri amore solidauit Petre amas me et cum triplici
testimonio amorem probasset eam tibi custodiendam tradidit, Petrum
uidimus de amore, non de cura anxium si enim amore conglutiantur
lapides uiui edificij tentatione, aut scindunatur inferno toto non trista-
ntur Quare ergo Pastor ille non timet super Dni gregem uigilare
qui dum oleo amoris fidei lampades promittit accendere insufflante
adolescentulus erroris nocte extinxit, nisi quia amore illustrans cordis
peruigiles lucernas fidei magis illucescentis amore spei aures debes
prestare quam de sua innata infidelitatis inconstantia perhorrescere
illi filius soliditatem fidei in eius angulari lapide predixit tibi mater
obsequium tui amoris gratissimum filio esse monstrauit Reminiscere
Pater charissime illius felicissime noctis cui arrisit eterna dies cum
ego tuis meritis factus sum celestium ciuium consors cum eam uidimus
cuius pulcritudine celi facti sunt gloriosi cuius decore sol et luna
letantur Vnde enim potest tristari si te letificarunt Angelici
chori iucundarunt aspectus illius que et uerbum concepit, trinitato-

honorauit descendit ne unquam Virgo, ut perderet. Imo ut perditos revocaret quia dispersos congregat, congregantes ad se quomodo aufugere potest quos celesti amplexu inamissibiliter ad se nectit. Prebe humeros ne a suscepto officio detrahas manus nec eam imprudentem doceas cuius sapientia omnia constat mutabilia et transitoria firma et stabilia perseuerant, nunquid non ei imprudentiae adscriberetur parui ponderis hominem ad magni officij subleuasse euectum ad se quem sciebat defecturum, si humilitatis specie a Virginis officio uolueris te abdicare motum celi sequere reuerenter pristinam uocationem intuere non enim est sanctus motus animi uiam Domini non perquirentis cuius semitam Celi indixerint. Perfice igitur uiam tuam imo uerius uiam Domini quia quae ad tantam dignitatem dignata est subleuare, unde a celesti gloria non deficiet sed perducet ad gloriam ubi cum trinitate gloriatur in secula seculorum. Saluta filios tuos et fres meos nominatim. Dat. Bonon.

N. 6. Uniuersis et singulis DD. officialibus Judicibus et personis tam Ecclesiasticis quam secularibus quibus presentes peruenerint seu fuerint quomodolibet presentatae Petrus Pla V. J. D. Sacrista maior et Canonicus Ecclesiae Barchinonensis officialis et in spiritualibus et temporalibus Vicarius gnalis pro Illmo et Rmo in xpo Padre et D. D. Joanne Sentis, Dei et aplicae Sedis gratia Epo Barchinonensi Regio Consiliario salutem in Domino attestamur et fidele testimonium perhibemus quod nos in uim commissionis per dm. Illmum et Rmum D. Barchinonensem Epum de huiusmodi negotio nobis factae examinauimus omnes, et quoscumque testes quos R. Pr. fr. Ludcus Apparitius Magr Theologiae asserens Procurator gnalis totius ordinis Bte. Mariae de Mercede redemptionis Captiuorum coram

nobis

nobis produxit, et in nostra presentia per scribam nostrum infrascriptum
seu illius substitutum in scriptis redigi fecimus. Morum dicta prout
in presenti processu continetur necnon collationavimus instra supra in
serta que coram nobis produxit inspectionemque fecimus et habuimus
de imagine seu Icona S.ti Petri Nolasco que est ex sculptura facta
antiquissima sita in altari maiori ecclesie B. Marie de Mercede
Barchinone ad cornu Evangelij et est stature naturalis habet
in capite diadema et ad pedes cum antiquissimis caracteribus est
scriptum nomen Sancti Petri Nolasco et circuitu imaginis sunt
multe appense tabelle miraculorum et lineamina pro inuol-
uendis defunctis prout in instro ad partem iussu nostro inde con
facto et in processu presenti inserto est videre, testes vero qui in d.a
inform.e deposuerunt sunt bone fame laudabilis vite et conuer-
sationis honeste et tales quod eorum dictis et depositionibus fides in-
dubia venit et est adhibenda in quantum humana fragilitas
nosse permittit. In quorum fidem et testimonium premissorum
presentes fieri iussimus manu nostra subscriptas et sigillo d. Ill.mi
et R.mi D. Barchinonen. Epi munitas Datum Barchinone die
quinta mensis nouembris anno a natiuitate Dni 1626.
Loco + sigilli   Petrus Sala Vicarius Gnalis et offlis

N. 3
Puer a 15. diebus paraliticus a parentibus voto S.to Petro Nolasco statim liberatur

Michael franqueza sutor ciuis Bar.ne etatis sue 42 annorum testis citatus et
super 3o et dixit quod stante quodam filio ipsius testis a 15. diebus rigidus
et tali morbo oppressus quod nec pedes nec manus mouere poterat ore et
oculis clausis quos aperire non poterat, ut si mortuus esset et pro tali mor-
tuo etiam a matre derelicto ipse testis inuocauit ex toto corde S.tum Petrum

Nolasco et fecit uotum quod si ipse filij salutem assequeretur faceret ipse testis celebrari unam missam, et depingere miraculum in quadam tabella et eius Imagini tradere in memoriam miraculi eo facto uoto in continenti d.[s] filius salutem recuperando oculos, et os aperuit et suis propriis manibus (quas a 15 diebus non mouerat) accepit cibum et potum et incepit edere et integram salutem recuperauit, et ipse testis gratias Deo et d.[o] Sancto fecit celebrari missam promissam et tabellam cum miraculo depicto imagini d. Sancti tradidit, et est uerum audisse et uidere multas tabellas et linteamina pro mortuis deuoluendis pendentia circa dictam Imaginem S.[ti] Petri Nolasco

Super 4.[o] et dixit esse uerum contentum in eo quod infirmi salutem recuperant habentes in se nomen d. Sancti scriptum quod scire dixit quia quando eius filius salutem ut dictum est fuit assecutus posuerunt supra eum scriptum nomen Sancti quod abinde semper d.[s] filius in se apportauit et adportat et de hoc est fama publica.

Balthasar Viladomat Iuuenis sutor oriundus ville Borge Diocesis Celsonen Bar.[ne] habitator etatis sue 15 annos parum plus uel minus testis citatus

Super 3.[o] et dixit quod cum ipse testis habitaret in domo Michaelis Franquera Sutoris ciuis Bar.[ne] ad effectum discendi officium sutoris euenit quod infirmauit quidam puer etatis unius anni uel inde circa filius d. Franquera et tam graui morbo oppressus fuit quod per spatium 15 dierum fere mortuus reputabatur et per tres dies nullum alimentum accepit et cum d. Franquera Pater d. pueri uidisset filium a matre ut mortuum derelictum cum specialem deuotionem erga Sanctum Petrum Nolasco fundatorem Religionis B. Marie de mercede haberet d.

Sancto

Sancto supplicauit quatenus eius filius per eius intercessionem salutem consequeretur, et promisit sibi facere celebrare unam missam et trahere eius imagini unam tabellam depictam in illa miraculo et ipse testis qui illic erat praesens uidit quod incontinenti facto uoto dictus puer aperuit oculos et os qui a quindecim diebus paraliticus extabat et a tribus diebus nullum alimentum acceperat, et cepit edere et manibus proprijs potum accepit et abinde in antea salutem recuperando ad integram peruenit salutem et dictus Pater adimplevit uotum per ipsum factum quibus omnibus ipse testis fuit praesens et proprijs oculis uidit

Super 4° et dixit quod multoties a multis audiuit quod infirmi qui secum nomen Sancti Petri Nolasco afferunt assequuntur salutem per illius intercessionem et cum puer supradictus filius dicti Michaelis Franqueza morbo praedicto laborabat uidit supra puerum ponere nomen scriptum dicti Sancti ut supra est dictum infirmitate praedicta sanauit et de hoc est uox comunis et publica.

Josephus Maduxer liberatur a graui et periculosa infirmitate facto uoto Sancto Petro Nolasco.

Magnificus Josephus de Maduxer Domicellus Barcinone domiciliatus aetatis ut dixit [illegible] annos testis citatus &.

Super 3° et dixit quod egrotante se teste ex graui infirmitate in lecto et non sine magno uite sue periculo uisitauit se testem frater Antonius Morato eiusdem ordinis et sibi exposuit quod intercessionem et auxilium Sancti Petri Nolasco ex toto corde inuocaret et promitteret dicto Sancto aliquam missam celebrandam quod pro certo haberet salutem consequuturum ab omnipotente Deo per dicti Sancti intercessionem, et ipse testis illico dictum gloriosum Sanctum acclamauit et uoto speciali promisit quod si salutem consequebatur celebrare sibi faceret unam missam et depingere faceret in quadam tabella tale miraculum quo facto

illico incepit conualescere et integram salutem fuit assecutus et uotum adimplendo dictam tabellam depictam ipse testis apportauit d.ᵉ imagini altaris maioris monasterii Beatae Mariae de Mercede quae tabella cum multis aliis pendet circa d.ᵃᵐ Imaginem Sancti Petri Nolasco et fecit d.ᵃᵐ missam cum gratiarum actione celebrare d.ᵒ Sancto et est uerum quod circa d.ᵃᵐ immaginem multae pendent tabellae et alia miraculorum insignia

Hon.ᵇ et Discretus Sebastianus Vilella notarius publicus Ciuis Barchinon. et de Collegio notariorum regiorum Barc.ⁿᵉ testis citatus et qui iurauit etc.

Super 3.ᵒ et dixit quod in festis Natiuitatis Dñi prox.ᵉ elapsi Sebastianus Vilella d. testis filius laborabat quadam grauiss.ᵃ infirmit.ᵉ et durante d.ᵃ infirmitate duabus uicibus uenit ad euidentem uitae periculum et 3.ᵒ tam ad extremum uitae peruenit quod medici illum certo moriturum cito denuntiarunt taliter quod ullum remedium facere illi non potuerunt quod cum ipse iste testis uidisset opem et auxilium d. S.ᵗⁱ Petri Nolasco implorauit quod similiter fecit dictus infirmus et postea ad uisitandum uenit frater Antonius Aluaro Religiosus monasterij B. Mariae de Mercede et aliquibus per ipsum Religiosum factis deuotionibus et dictis orationibus quibusdam inuocarunt omnes auxilium et intercessionem d. Sancti Petri Nolasco et die crastino cum accederent Doctores medicinae qui antea moriturum illum denuntiarunt et eum uisitassent multo melius ualentem inuenerunt et postea quotidie melioresscebat et omnino a d.ᵃ infirmitate sanauit et fuit liberatus et ipse testis pro certo habet quod eius filius pred. non sanaret a d.ᵃ infirmitate nisi per d. S. Petri Nolasco intercessionem et postea accederunt ipse testis et eius filius pred. ad d.ᵃᵐ ecclesiam B. Mariae de Mercede et gratias d.ᵒ Sancto fecerunt et

tradiderunt

tradiderunt tabellam miraculo pred.o in illa depicto

Nobilis Domina Elisabeth Maria Armengol et Maduxer vidua relicta nobilis D. Galcerandi de Armengol Domini Castri de Saltes aetatis ut dixit 60 annorum parum plus vel minus testis citata &c.

Super 4.o et dixit quod pro certo habet Int.m quia cum Josephus de Maduxer Domicellus Barcinone domiciliatus detineretur in lecto gravi quodam morbo oppressus speciali voto promisit tradere d.o Sancto quamdam tabellam cum miraculo depicto si salutem recuperaret et cum ipsa testis vidisset quod incontinenti voto facto d.s Maduxer se meliorem sentiit promisit d.a testis tradere d.o Sancto aliam tabellam et facere dicere unam missam in gratiarum retributionem que omnia ipsa testis adimpleuit et d.s Maduxer integram salutem recuperauit

Die 21. Julij 1627.

N.o 5.o Constitutus Romae in Vener. Conuentu S.ti Adriani de Vrbe in foro Boario d. ordinis B. Mariae de Mercede coram me eodem not.o idem R. P. fr. Didacus de S.to Raymundo Pror. pns. et induxit in testem Perillt. et R.mum Patrem Ludouicum Ximenes eiusdem ordinis Hispanum ex Ciuitate Conchen. Ep.um a S. Catholica maiestate electum et nominatum Vgentinum aetatis suae annorum 60. in circa petens &c. ad effectum eum super dd. articulis ad perpetuam rei memoriam examinandum cui delato Juram.to de veritate dicenda super dd. ar.lis ac sup. omnibus quae sciuerit &c. tacto pectore more Religiosorum Juravit dixit et deposuit &c. infra V3.

Super p.o ar.lo sibi de verbo ad verbum lecto dixit uerum fuisse et esse articulatum Sanctum Petrum Nolascum fundatorem Religionis Beatae Mariae de Mercede redemptionis Captiuorum ab annis 10. 20. 30. 40. 50. 100. et ultra et a tanto tempore quod non extat memoria hominum in contrarium semper ueneratum fuisse &c. ueneratur tanquam Sanctus et

fundator d.e Relig.nis premissa q. fuire dixit quia ita ipsum semper venerari vidit et Veneratus est toto tempore vite sue, et audiuit à suis maioribus qui referebant idem audiuisse ab eorum antiquioribus eoquod hoc semper fuit erat et est uerum publicum notorium et manifestum antiqua traditio et indubitata reputatio publicum notorium et manifestum eoquod de premissis semper fuit erat et est publica uox et fama neq. unquam auditum fuit contr.us

Sup. 2.o arto sibi de uerbo ad uerbum lecto dixit uerum fuisse et esse quod a 10. 20. 30. 40. 50. centum et pluribus annis et à tanto tempore quod non est memoria hominum in contrarium semper in ecclesijs d.e Religionis B.te Marie de Mercede redemptionis Captiuorum fuerunt p.t sunt de p.nti imagines d. S. Petri Nolasci fundatoris d. Relig.is cum diademate Sancti et inscriptione Sancti et in illis tam fratres d. ordinis quam ceteri xpi fideles semper eum tanquam Sanctum venerati fuerunt et uenerantur ea fuire dixit q.t toto tpore vite sue in pluribus ecclesijs d. ordinis vidit illius imagines cum diademate Sancti et Sancti inscriptione et ipsum à fratribus et ceteris xpi fidelibus uti Sanctum venerari prout ipse ueneratus est et audiuit à suis maioribus eorum tpore pariter uidisse in ecclijs d.e Relig.is Imagines d. Sancti cum diademate Sancti et Sancti inscriptione et pro Sancto semp. ueneratum fuisse ac idem audiuisse ab eorum antiquioribus eoquod hoc semp. fuit erat et est uerum publicum et notorium ac manifestum antiqua traditio indubitata reputatio et quod pariter de premissis semp. fuit erat et est publica uox, et fama nec unquam contrarium auditum fuit

